



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatus De Magis, Veneficis Et Lamiis, Deque His Recte Cognoscendis Et Pveniendis

Propter Varias & controversas de hac quaestione hominum sententias,
vtilissimus & cunctis ad Rerumpublicarum gubernacula sedentibus
maxime necessarius ... in tres libros distributus

Gödelmann, Johann Georg

Francofurti, 1591

VD16 G 2487

Praefatio. De Magis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61507)



Vod felix & faustum sit, Auditores huma-
nissimi, in explicatione publicorum iudiciorū con-
stitutionis Carolinæ, quam nominamus die *Peintliche Halsgerichtsordnung* pervenimus vsq; ad c. 109.

De magis & veneficis, reis criminis læsæ maiestatis divinæ. Ad læsæ enim Maiestatis crimen, referri quoq; possunt delicta immediatè in Deum altissimam maiestatem l. fin. C. de Ferijs, cōmissa, vt sunt blasphemix, hæreses, magiæ, incantationes noxię, prædictiones & consultationes divinantium, vt rectè VVesenbecius in Pa. D. ad l. lul. Maiest. in fi. Iacobus Damhoud. in pract. Cri. c. 61. n. 1. Et Althusius l. 1. Jurisp. Rom. c. 52. notarunt: est. n. longè grauius æternam quam temporalem offendere maiestatem. Authent. Gazaros C. de hæret. & Manichæis verba c. sunt:

So jemandt den Leuthen durch Zaubererey Schaden oder nachtheil zufügt / sol man straffen vom Leben zum Tode / vnd man soll solche Straffe mit dem Feuer thun. Wo aber jemandt Zaubererey gebraucht / vnnnd damit niemandt Schaden gethan hette / soll sonst gesstrafft werden nach gelegenheit der Sach / darinn die Vrtheyler Raths gebrauchen sollen / wie von Rathsuchen hernach geschrie-

ben stehet. Si quis hominibus magicis artibus & veneficijis damnum
dederit, iniuriam fecerit, is morte multandus est & igne comburen-
dus. Qui verò Magia vteretur, nec alicui damnum intulisset, puniri
quidem iuxta qualitatem causa debet. In quibus casibus Iudices consilio
vtantur, sicuti infra. Huc quoque pertinet c. 43. De sufficientibus in-
dicijs in crimine Veneficij: Si quis se offerret ad tradendum docendumq;
alios, i. cantationes, aut eas cuiuspiam minaretur etiam, ac illi, cui mi-
nata essent, tale quippiam contingeret, seu cum incantationibus aut si-
milibus suspectis rebus commercium haberet, ac se talem, vultu, verbis,
moribus, quæ incantationibus conformia essent, exhiberet, aut alioqui
de his persona ipsa notata, diffamataque esset, iudicium legitimum præ-

bene

hinc incantationis, sufficientemque occasionem torquendi. Von Zau-
 berey gnugsam anzeigung: Wann jemandt sich erbeut andere
 Menschen Zauberey zu lernen / oder jemandt zubezaubern bedra-
 wet / vnd dem bedrawetē dergleichen geschicht / auch sonderlich ge-
 meinschafft mit Zauberey oder Zauberey hat / oder mit solchen
 verdchlichen Dingen / Geberden / Worten / vnd Wesen vmbges-
 het / die Zauberey auff sich tragen / vnd dieselbige Person desselben
 sonst auch rüchtig / das gibt ein redlich Anzeigung der Zauberey
 vnd gnugsam Ursach zu peinlicher frage. *Et capitulum 21. De iu-
 dicijs Maleficorum & Magorum: Nemo ex iudicijs Maleficorum seu
 Magorū, hoc est, eorum qui Magicis & prohibitis artibus vtuntur ac
 presagiunt, vinciat, torqueatur, quin potius eiusmodi arioli & ac-
 cusatores idcirco puniantur. Desumptæ sunt autem supra dicta consti-
 tutiones ex titulo D. ad l. Corneliam. De Sicar. & Venef. Idem ex tot.
 1. C. de malefic. & Mathematic. presertim ex l. 4. & b. ibidem, vbi Imp.
 Constantinus: eorum est scientia punienda, & seuerissimis merito legi-
 bus vindicanda, qui Magicis accincti artibus, aut contra salutem homi-
 num moliti, aut pudicos animos ad libidinem deflectisse deteguntur. Nul-
 lis verò eriminationibus implicanda sunt remedia humanis quæ sita cor-
 poribus aut in agrestibus locis innocenter adhibita suffragia, ne matu-
 ris vindemijs metuerentur imbres, aut ventis, grandinisq; lapidatione
 quaterentur, quibus non cuiusq; salus aut æstimatio laderetur, sed quo-
 rum proficerent actus, ne diuina munera & labores hominum sterne-
 rentur. Idem Constant. in d. l. b. Multi magicis artibus vti elementa tur-
 bare, vitam innocentium labefactare non dubitant, & manibus accitis au-
 dent ventilare, vt quisq; suos conficiat malis artibus inimicos, hos quo-
 niam naturæ peregrini sunt, feralis pestis absumat. Concordat quoq; cū
 supra allegatis constitutionibus & legibus §. Item l. Cornelia. Instit. de
 publ. iud. vbi Imp. ait, eadem lege & Venefici capite damnantur, qui
 artibus odiosis tam venenis, quàm susurris Magicis homines occiderint,
 vel mala medicamenta publicè vendiderint. Cum autem in hoc
 maleficij genere multa turbulenter, ex sinistra fanatica ac pesti-
 lenti*

5 lenti solùm suspitione agantur, quòd laudabile illud discrimẽ
inter prophanos vel infamos Magos, Veneficas & Lamias sit
confusum, & hætenus confusè absque vllò discrimine & ex-
actissima cognitione de his actum & pronunciatum (Germani
enim nostri absque vllò discrimine Magos, Ariolos, Incantato-
res, Veneficas, Exorcistas, eiusque farina: semidæmones, Sagas,
Lamias & Striges nominant, *Schwarzkünstler/ Zauberer/ He-
ren/ Buholden/* & hoc idiomate *Tonnerer/ Tonnerschen*) Ideò
ne nominum confusio in hoc tractatu errorem pariat, primò
6 omnium Magos & Veneficas à Lamijs seiungere volui: Deinde
cum diversæ sint de hoc maleficij genere opiniones & senten-
7 tiæ (Iohannes enim Bodinus IC. Gallus, & præclarè aliàs de Re-
publ. literaria meritis, Lamiarum potentia nimium tribuit,
ordinarium processum in hoc delicti genere reijcit, & multas
absurdas & iam dudum explosas opiniones in lucem revocat:
8 Iohannes verò VVierus Medicus Germanus Veneficas parùm
9 aut nihil efficere posse scribit: Et denique Gulielmus Adolphus
Scribonius explorationem per aquam frigidam, iam dudum à
Lothario Cæsare, ecclesia abrogatam, in vsum revocare stu-
det.) Primùm has opiniones diversas ordinè enumerabo, & de-
inceps quæ receptior veritatiq̃ue magis consentanea, & cui iu-
dex absque vlla suæ conscientia læsione tutò insistere poterit,
fideliter monebo, idque absque vllis convitijs, quæ nostrum or-
10 dinem non decent, & qui eo nomine apud omnes malè audit,
hac præsertim atate, in qua haud doctis dictis, sed maledictis
certatur, non ex iure manu confertum, sed magis ferro rem re-
petunt, regnumq̃ue petunt & solita vi Reipublicæ literariæ
11 publicas calamitates augent. Sanè hæ discrepantes tot
præstantissimorum virorum sententiæ de hoc argumenti
genere iudicum animos ita perturbatos & dubios reddunt, vt
in hoc arduo negotio, in quo non de tritico vel oleo legato a-
gitur, sed de vita & existimatione hominis, quibus rebus in or-
beter-

be terrarum nihil est pretiosius, perpetui sint Academici & hodie huic opinioni, cras alteri insistant, & in miseris illas mulierculas, quæ cum Diabolis se colludere, choreas ducere, concubere, scopis insidentes per caminos evolare somniant, sub nomine Magorum & Veneficarum indistinctè sæuiant.

Porro cum tractatio huius argumenti obscura & difficilis sit, ¹² adeò, vt hîc inter scopulos mihi sit nauigandum: spero tamen futurum, vt nullum hîc faciam naufragium, primùm manibus ad cælum erectis, & æterno auxilio inuocato, fretus Deo, qui & res penitùs desperatas donare & consummare virtutis suæ magnitudine potest: Deinde doctissimorum tum veterum tum inprimis recentiorum huius argumenti interpretum scriptis adiutus. Et quia ordo, quientium modus à Baldo in proœmio ¹³ D. appellatur, in iure præsertim laudabilis est, idem in l. 2. C. de origin. Iur. & bonum in ordine consistat, ac scire quid facias, nescire verò quo ordine facias, non est perfectæ cognitionis, idem in d. proœm. Ordo denique memoriam, quæ aliòquin infirma est, l. 44. D. de acquir. poss. & non omnia retinet, l. 2. C. de veter. iur. enucl. plurimùm iuuat, hos tres libros in certa capita redigam.



C

CAPIT.